



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Thesaurus Eloqventiae Sacrae Et Profanae, Saluti &
incolumitati Rerumpublicarum utilissimae**

Alberti, Alberto

Coloniae Agrippinae, 1669

Summarium totius de ingenio disputationis, ac refutationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69225](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69225)

quā jam sibi Imperii sedem animo destinārat,
vagum, errabundum, profugum, basilicæ ex- H
petitæ immune m, irrisum, atque extorrem fa-
cit, amandat, exturbat.

*Summariū totius de ingenio disputationis. A
ac refutationis.*

179. **Q**uae quum ita sint, Auditores, ut
omnia, quæ de perfectæ eloquentiæ
ingenio latius discerptavimus, in summam ve- B
luti, & breviarium contrahamus: quum no-
stris Oratoribus, atque Concionatoribus hinc
nobilissima, simulque difficillima persuadendi
provincia totius conatus finis, constituta sit;
illinc verò Orationum, Concionumque in-
strumenta artificio tam eximio, arduo, atque
recondito, tantâ perspicuitate, tantâ varieta-
te, tantâ proprietate, tantâ contentione, ad
persuasionis opus moliendum, accuratè, sol-
lerterque fabricata, jure suo vendicentur:
quis jam arcem, regnumque omnium inge-
nierorum Ciceronianis ab ingeniosis tanto viriū,
ac prærogativarum apparatus occupatum non
fateatur? Cui tandem vel cæcutienti non illu-
cescat, quantum sit tuum, M. Tulli, quantum
vestrum, Ciceronis alumni, ingenium, quod
tam egregia monimenta erititur? quām vi-
vidum, quām perspicax, quām volucrē, ac
sapiens? quām supra manem logodædolorum
ostentationem elatum? quām à vulgari homi-
num, eorum etiam, qui se doctos, acutosque,
invitā tamen Minervā, dici, haberique vo-
lunt,

lunt, conditione remotum? quām deniqū
sublime, quām capax, quām, uno verbo, in-
comparabile, ac divinum?

180. Non sum tamen nescius, Auditores,
hujusmodi ingenium tam insigne non omni-
bus arridere: quin etiam non nullis, atque uti-
nam non pluribus quoque penè sordere. At
hoc ipsum M. Tullii, aliorumque tanto sub-

A Imperatore stipendia merentium Oratorum,
atque Concionatorum decus est, hæc regie
eloquentiæ gloria immortalis, hoc ingenii

B præstantissimi exploratissimum præjudicium,
id genus hominibus perridiculis in primis
displícere. Hæc prima ex tam multis tanto-

C rum virorum dotibus est, perennis imperito-
rum invidia. Hæc nostræ causæ basis immo-
bilis, quod M. Tullius, veraque forma elo-
quentiæ nullos alios sui, nisi Orationis tam

D siccæ, tam stramineæ, tam inflatæ, tam poe-
ticæ, tam perversæ amatores, implacatos nu-
merat accusatōres. Vos verò omnes Tulliana
dicendi formæ infensi hostes, quum arrogan-
tiæ, atque ambitione turgeatis, pergite sanè
Ciceronis ingenium contemnere, vestrum
autem habere in deliciis. Pergite, quum
auræ popularis sitis mancipia, plausus, atque
gloriolæ illecebras deperire. At dum Tul-
liana ingenia tam inconsideratè spernitis,

E nempe vos ab ingenio exheredatos ex aſſe
imprudenter omnino proditis. Dicam ami-
cè, dicam ex animo, dicam liberè; sed dicam
verissimè. Vos, quum nihil penè, quod ad
persuasionem faciat, invenire, componere
possitis,

possitis, ingenio estis non dicam, eximio; non concedam, magno; non feram, mediocri; sed **obscuro** planè, atque sublesto. Duplo insuper, aut triplo tardiores, atque infeliores, tum quia a persuasionis calle, quod vosmetipsi ultra fatemini, tam longè, ut vici, peregrinami- ni: tum quia quum ingenio sitis, ut dixi, adeo poenitendo; nihilominus vos ipsos supra Aristoteles, supra Tullios, supra Chrysostomos, vestri existimatione decepti, inaniter extollitis: tum denique quia, quum tanto in errore versemini, hunc ipsum errorum ignoratis, vosque solum ingeniosos, solos sapientes arbitramini. O ingenii tenebras! o no-
tum! o caliginem.

181. Hac igitur tantâ ingenii imbecillitatē atque inopiam, in tam proletariâ acuminum nundinatione, ornatusque intemperantia: quum, ut modo patefeci, Adversarii vexen- tur: desinant, quæso, æquissimi Judices, de- sinant aliquando caussari, aut comminisci, se, quò majorem sibi ingenii gloriam parerent, Tullianumque stylum simplicem nimis, & ja- centem, appictis sententiolis incitatiūs vibra- rent, acuerentque sollertiūs, à Ciceroniano dicendi charactere discessisse. Quippe quum hæc ipsa à Cicerone defectio ingenii per quam tardi tessera sit compertissima, qui pos- sunt acuendi magis ingenii caussa eundem Ciceronem deseruisse?

AC-